

caret; omnino superiori id est: uniuersaliori contingit interdum  
cius falsificari iudicia eo quod sibi non precauet ab hiis quae ip-  
sum præcauere opportet. Simpliciter namque dicendum est iudi-  
cia uniuersalia disturbare particularia octo modis de quibus  
unum notificabo nunc: quoniam legem nostram o fidelis hic  
iudeus comprobat quia si natus fuerit iudeus; & uiderit astrolo-  
gus in adequatione stellarum natuitatis eius quod ipse debet esse  
rex: non est rectum sic iudicare. complexio. n. magna saturni &  
iouis denotauit gentem iudeorum captiuam & sine regno ita quod  
uis hec particularis non debet: nec potest uniuersale illud distur-  
bar: cum ergo ablatum sit sceptrum de iuda: uenit ergo qui miti-  
dus erat. F. Recte potest syllogizari contra iudeos: ex hoc illo  
ruin dicto non auferetur sceptrum de iuda: donec ueniat qui mi-  
tendus est. sed ablatum est sceptrum per te ergo &cæ. Astro.

Vide ergo fidelis astrorum scientiam & utiliem sed iste neq; uni-  
uersalia nec particularia istius scientie habuit credens communia  
hec ita semper distinguere per particularia; id est propria sicut dicit  
imobilia regi & duci per firma: ac celum moueri per aliud firmius  
celum: quia sic est processus in infinitum quicquid. n. mouet  
ab alio mouetur: ideo datur primum mouens stabile & firmum  
prima causa: non celum: quo fit ut res casu non contingant: qua-  
re ergo uirtus hec uel ratio seminaria in primo parete eadem non  
remansit quando quidem adam rubeus ex sua ratione propria  
seminaria non omnes sequentes rubeos generauit ut reliqua om-  
nitamus: cur ergo & in ethyopia nigros in germania albos ex pri-  
mo semine: cur & in figuris dissimiles natos generauit nisi ut re-  
cite Plotinus tunc memor ueritatis differuit uariatis. s. superno  
motu figuris apud nos uariatur & formæ. F. Postremo de  
comissione radiorum stellarum arguit astronomos. Astro.

Ita certe singes eos ita commiscere radios stellarum: sicut & liquo  
res: ut habeant quid puerile reprehendere: quæ deliramenta po-  
tius contra ueritatem sunt uel indignatio quedam contra scien-  
tiae huius professores q; aliquid sui dignum ostendant: uel in-  
terpretentur: cum non potuerint dicta illorum capere: neq; mo-  
tus celestes cognouisse satis ostendit in multis supradictis du-  
biis: deinde nesciuit quid eligere deberet. ex præmissis concludet  
omnia a celo fieri ex istis dicta astrologorum & iisagogicis ratio-